IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

prefigurat. qua in futuro omnis electorum multitudo misericordias dni in eternum decantat. Beati enim misericordes. quo ipsi misericordiam consequentur. Asenno minatus dicitur. p quam beatitudo mundicordium exprimitur. que IBI HOMINATA erit. ubi nulla obliuione honor nominatorum. DELEKI POTERIT. De qua nominatione. IOHANNES in apocalypsi sua scribit. Vidi supra montem SYON agnum stantem. et cum eo centum quadraginta quatuor milia. habentes nomen eius. et nomen PATRIS eius. scriptum in frontibus suis. Sunde beati mundo corde. quo ipsi deum uidebunt. Hethoiath. ad natiuitatem interpratur. per quam beatitudo illa figuratur. ubi corpus humilitatis nostre. corpori claritatis xpi configuratur. et PAX illa que omnem sensum supgreditur. se data pugna carnis et spiritus electis omnibus in celesti regno tribuitur. Beati q̃ pacifici. quo filii dei uocabuntur. Bachul. domus dolentis dicitur. p quam beatitudo illa exprimitur. cum p amore iustitiae. electus quisq; persecutionum molestias patitur. de quibus in presenti generatur. dolor. qui in futuro celestis IERUSALEM uberibus sedatur. Beati enim qui persecutionem patiuntur. ppter IUSTICIAM. quo ipsorum est regnum celorum. Armam. altitudo interpratur. p quam SPIRITUS timoris designatur. quo homo ad fastigium sapientie subleuatur. Initium enim sapientie timor dni. Siceleg. effudit sertarium dicitur. p quam spiritus pietatis exprimitur. cui in futuro ea mensura remetitur. qua ipse in presenti primis metitur. Mensuram enim inquit dnis bonam et confertam. et coagitatam. et superefluentem dabunt in sinum uestrum. Beth maraboth. domus quadrigarum interpratur. p qua spe scientie designatur. p que omnes PREDICATORES gubernantur. QUI p quadrigas figuratur. De quibus QUADRIGIS. dicit sponsa in CANTICIS. Anima mea conturbauit me. ppter quadrigas aminadab. Aser sua. beatitudinis cantilena dicitur. p qua spe FORTITUDINIS exprimitur. qua qui in presenti pseuerantes accingitur. in futuro supernam IERUSALEM. cum cantilena triumphali ingreditur. sicut esaias ppheta loquitur. Et uenient qui liberati et redempti fuerint a dno. et uenient in syon cum gaudio. et letitia sempiterna erit super caput eorum. Beth domus interpratur. p qua spiritus CONSILII figuratur. cui qui in presenti mundo uoluerit. celestis regni mansionem in futuro hereditabit. Leuiboth. ingressus. siue uenientes dicitur. p qua spiritus intelligentie exprimitur. qua homo ingressum suum in hunc mundum et egressum sollicite considerare non cessat. quo scilicet spiritus suus uenire debeat. cum corporis sui habitaculum p mortem deserat. Sarem. princeps tristicie interpratur. p qua spiritus sapientie designatur. qui uere tristicie electorum in hac uita princi